ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Alexander Magnus ab amico olim invitatus, cum maiestati regiae ap-
paratus non responderet, non videbam, inquit, me tibi tam familiarem;
sed forte tu minimum interno debebat charis dum literulae nostrae glo-
meratim ad te volant. familiaritatis enim abusu repetita officia desi-
derare dices, atque occupatum occasionis improvida atque eruditioni tuae
adaequipollere metiri. quae singula profitendo si admittam, bona tamen
humanitatis parte carere non debeo, quod tanquam fidiculis tortus ad
ingenuitatem nostram iudicia venire cogor. tertius iam mensis in metâ
fatiscit, quod scabritiem domus fixam develare laboro, neque adhuc pro
votis complementum est. quinque fuerimus manum reliqui ad fla-
gitant, quibus complanatis pro Eminentio me grati Lares expectant,
Atque in dure Vandolendensi nova tela surgit, qui in vicinia tua
nuper diversant, nunc alio stationem transtulit, ad Adtheorcis fi-
licet insigne, Aulae contermino situ. huic consilij tui munus de-
credita determinatio est, qui pede Mortagnum Aedis auditoriae
curatorem libello nostro cursum ~~[illegible]~~ facilitari iubebat. quod
nunc in vanum abijt, aliunde sub translatô domo. quis autem hic
de videris nostris bonam agendi veniam augere queat, si tu silees
ego nesciore me profiteor, neque quâ serenitâ ad lucem producere
queam ullis coniecturis assequor. hic te iterum Clar.mo Hugenio
manuducam nancisci spero, si tuo stilo reculas nostras comma-
culare optas. aliquem mihi angiportum reserare dignaberis, quo
ad regiae stirpis Heroem transferri liceat. aram me tibi debere
fatebor, ob hanc, et quas saepius ter tales dedisti, operam. si tamen
et patrocinij tui capaces literas in Angliam ituro praeparare
dignaberis, novâ Apotheosi caelum tibi condecorare spondeo. bella
autem frementium incipientia celeritati quid addendum suadent, ne
principis expeditionem sequi coactus nidam impedientibus fami-
liis relinquar. iram vero tibi multiplicatâ scriptione nasci
solitam, silentij foenore placabo, ubi in dissita amuleris fatum
meum sequar. hac autem bili te frigendam Aqua virgo con-
durat. Vale Clar.mo Hugeni, et literulas nostras vel hoc
aegro ritu | nomine amare digneris, quod Agrippae non sunt, in pedes enim
non nascuntur. qui partus novâ rerâ invitâ fieri solet. Hagae
Comitis pridie Nonas Maij. CIↃ.IↃC.XXI

Tuus

Petrus Gruterus

Hug. 37.

…di
…go

Clar.mo Viro, polymathia eruditione insignito, Constantino Hugenio Equiti Consiliario et a secretis Principi. etc.

…ar accepit

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 18
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/595d